



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Precandi Dei industria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

fertim in adeundis templis, perseverandoq; m
 deste diuino in sacrificio. Qua delectatus spe
 Pater, & necessitate commotus, ex facili in cupi
 ditatem exarsit operam suam ei Regno, totum
 se penitus impendendi. Quam voluntatem co
 lestibus etiam gaudiis Christus Dominus nutri
 bat; vt ille sic ad Lainium scribat. Gratias agod
 uinæ bonitati, quæ me licet inutilem hic sustine
 & ita consolatur, vt pro huius Regni vtilitate pa
Bless anima-
rue.
 aliquid cupiam, atque etiam hic mori non re
 sem. Sed efficient preces ad Christum vestram,
 hæc qualiacunque desideria fructum afferant,
 suam aliquando maturitatem assequuntur. Di
 minus Iesus vbiq; nos conseruet, & prosperet vi
 nostras in gloriam suam. Amen. Porrò messis
 berrimæ, quæ dcinde toto Poloniæ Regno, p
 Societatem Iesu, Deo aspirante, maturuit, hau
 temere suspicari fas est hæc tum verba, tum vo
 Canisij & semen aliquod, & Oraculum præiuissi

Precandi Dei
industria.
 Louicio Petricouiam ventum est Comitic
 rum sedem. Canisius ante omnia ad placandum
 Deum, propitiandumq; instanti conuentui ve
 sacura, tametsi multas ad eam rem ante preces
 multa sacrificia, vt solenne habebat semper, à to
 ta fera



ta sere Societate postulauerat, & impetravuerat; tamen ut nouos adiungeret precatores ex ipso conuentu, sedulo cunctos, qui Petricouiam conuerterant Sacerdotes, adiuit, excitauit, edocuit. Ipse nominatim ob eam causam ter decies sacrū fecit, quæ gratiarum Missæ dicebantur ab Innocentio Quarto, ut putabatur, institutæ. Ad eamque predicationem, tum alios Sacerdotes, tum ipsum Nuntium inuitauit. Deinde Varmiensis Episcopi Stanislai Hosij Dialogum de communione sub vtraq; specie: deque Coniugio Sacerdotum, cum iam exempla deficerent, temporiq; disputatio per apposita esset, recognouit, præloq; vulgandum curauit. Interim ætate iam præcipitata Gnesensis Archiepiscopus Nicolaus idemque Regni Primas extinguitur: sufficiturq; Regis Procancelarius, qui iam destinatus seni, traditusq; erat adiutor Ioannes Przerembius prompta vir prudenter, & ad res gerendas in primis aptus. Ei, ut occupatissimo, dum Societatis notitiam per libellum tradere meditatur Canisius, præuertit ille, Patreq; ad se accersito, post egregia humanitatis documenta demonstrat, nullam hærere sibi curam potiorem, quam de Collegiis Societati in Polonia

Hosij libros
edidit.

Archiepiscopi
Gnesensis de
Societate op-
mio.